

Deus in medio eius non commovebitur adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna dedit vocem suam mota est terra.

Dominus virtutum nobilitatum susceptor noster deus iacob.

Venite et videte opera domini que voluit prodigia super terram. **A**uferens bella usque ad finem terre arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni.

Venite et videte quoniam ego sum deus exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobilitatum susceptor noster deus iacob.

MS. 1152 f4

25